

valde probem tamen propter causam quam dixi, ad
vulgationem hujus controversiæ properare vos
nolim. Quis scit, an non ignis hic in cineribus pau-
latim emoriatum? Quod si necessitas diversum aliquid
postulabit: res integra vobis, et conscientia moderat-
ionis adhibita, vos apud bonos tuebitur. Hæc mi-
frater, breviter ad quas nunc habui. Si serius, igno-
scæ: citæ occupationes non permiserunt occupationes.
Theses in luctum Paulinam agnosco, et quædes,
quod pari passu hæc cas mecum in veritate tue-
da: quam profectò nullus nobis sophista excu-
tiet. Recipe meas de Ecclesia Maximi et Magni
Pontificis ordinum publicè propositas. Et va-
le ac salve cum Dominis fratribus in Domino.
Heidelbergæ 19 April. 1610.

D. Bartholomæo Pitiscæ

Salutem à Domino Jesu!

105
Reverende vir, frater honorande: Legi, perlegi, supple-
tionem saty. d. xv. ubinam tam auspiciatam,
quam piam et orthodoxia patrocinantem! Gratula-
rer patriæ, gauderem mihi, et eras, si vocatio et æ-
tas mea ferrent, operam meam patriæ de voverem.
Ut verò, quæ voluisti, paucis dicam, in scripto ipso
ag. d. d. z. i. a. v. quod attinet, nihil habeo, quod desiderem.
studium quoque et desiderium Authoris, quisquis sit,
valde probem. Successum vero optatum si novi
homines nostros, vix sperare audeo, turbulæntum
magis metuo: qui si eveniret, serò illud Poëta
succurreret: Curando fieri quædam graviora videmus
Vulnera, que melius non tetigisse fuit.

158

hinc dissipationem Hunnicam, et classicum Gesnerianum
magis sperari poterat reformatio: quod ipse Anno 1578.
quanto publicam in patria concionem sedere haud infelici
haberem observavi. interim tristis facta rerum ta-
rasconi: eliminati plurimi orthodoxi: exacerbatum
vulgus, exulcerata et suspecta reddita omnia: quod si
ab uno vel paucis res Ecclesiarum illarum penderent,
spes melior in proclivi esset. jam vero cum belua mul-
torum capitum negotium erit, quae difficilior donabi-
tur. Ne placeat mihi quidem Authorem candor et religio-
sus, sine plerumque reformatione, solummodo esse re-
formatum. Siquidem de beat. fieri reformato: serio
illa fiat. Sed Deus bone, quanta molis erit, ritus et ab-
usus in veteratos omnes tollere, agros ad hanc intro du-
cere. His finibus et hinc hinc nihil nisi in rebus
veredon ne nimium sit pro uno celo. Consilium exhibi-
toris parum videtur tutum. Non vabula domi et
foris clamabunt, sub- et obrepititiae **CALVINISMI**
invehi, ut olim cum Anno 1574. exeresis Curiae Li-
psiae exederetur. Nolim igitur scriptum hujus man-
dari, si priquam successu sit aliqua via parata apud ordines
et proceros Politicos. Parari autem possit in Comitibus
publicis, si cordatus aliquis orator ex Procerum nu-
mero, oratione composita, beneficium ad totoplas concessit,
se praedicat: aristam Ecclesiasticam Dilectae in doctrina
ritibus et disciplina modeste demonstrat, tum oppor-
tunitatem multa corrigendi, atque etiam modum sancien-
di conformitatem et ordinem doctrinae et disci-
plinae Ecclesiasticae totius provinciae meditate pro-

ponat. Adq; hic esset, ut ante omnia Consistorium
Provinciale ex Ecclesiasticis et Politicis prudenti-
bus, sex vel octo in medietate Silesiae Vratislavia
ad exemplum Bohemici consistorii, quod Praga
est, constitueretur, atq; episcopo Provinciali elec-
retur. In id vero omnes ordines compromitte-
rent. Nervus hic esset conjunctionis et conformi-
tatis constituenda et tuenda per totam
Silesiam. Penes hoc esset jus ordinandi Mini-
stros Ecclesie totiq; Provinciae, quo hactenus ma-
jore malo caruit Silesia. Hactenus enim pastores
inaugurandi ordinationem magno sumtu extra
Provinciam, Francofurti, Geneva, Lipsia, Witte-
berga, vel alibi quaerere coacti sunt. Ex ordina-
tionibus autem fisco haud exiguum cederet. Huius
jus autem esset deliberare, et ad ordines refer-
re, de reformatione et conformitate doctrine
ac rituum semel instituenda, juxta praescripta
hujus supplicationis vel circiter, saltem in
praecipuis capitibus. In doctrinalibus satisfice-
ret, si exclusa concordia Bergensi, confessio Aug-
ustana recognita, cui purificatio Religio sa-
imperii immititur, cum corpore doctrine et Exam-
ne Melancthonis pro norma doctrine fraden-
da sanciretur: quam observarent omnes, in
ritibus, quoniam nihil nisi Lutheranicum capit,
accommodarentur, sane illi ad Lutheri non
facta, sed vota et consilia, quae in supplicatione

159
hae ad longum exponuntur, necnon ad Lutheranas
Ecclesias puriores Thuringicas et Suevicas, praesertim
Arundinensem. Sufficeret hic decem legos tamto
tempore navigare citra naufragii periculum nondum
liceat. Ne vero potestas Consistorii exorbitet, pende-
bit ab auctoritate Ordinum, ad quos decreta generalia
referentur. In singulis etiam sine Ducatibus sine
Diocesis Consistoria specialia subordinabantur,
quo disciplinam et Pastores observent, atque in of-
ficio contineant. Ex his quoque annis Synodi cogantur,
tam ad Provinciale Consistorium: quibus de Ec-
clesiarum nevis corrigendis agatur. Hae vel
simili via aperta et publica multo tutius et
facilius, quam scriptis aut consiliis indire-
ctis ad tolerabilem Ecclesiarum emendationem
venire posse putarim. Novi quantum sit collatio,
num Ecclesiasticarum abusus: quanta Pastorum
plerorumque licentia vel servitus, dum quisque ad
sui patroni nutum sese reflectere cogitur.
Ea vero ratione et Ministerii dignitas sanc-
retur, salvo Patronis suo jure: quippe quibus
omnibus quasi juratum esset provinciale consisto-
rium et fructus doctrinae Evangelicae haud dubie
salutaris efflorescerent, sed ut finem facerem, ipsis
Dominis Praevidibus, quibus Ecclesiae salus curae
est, de re tota in medium consulere multo quam
mihi erit promptius. Deum Opt. Max. oro toto pe-
ctore, ut Ecclesiae patriae nostrae, quam amo et celo

ut deest, clementer respiciat, et in viam veritatis
sanctaeque conjunctionis cum omnibus orthodoxis di-
rigat. Amen. Haec habui quia currente calamo ad te
de hac supplicatione perscribere non potui. Quibus
tu tua, quae habes saniora (rectius enim tibi res
patria perspectae sunt, quam mihi) facile adjicies.
Vale. Heidelbergae 26. Maij a. 1610.

106.

Isaaco Gerio suo
Salutem!

Percarri tandem D. Isaac, relationem a Morellensi manu
de colloquio vestro. Ne igitur pro communicato mihi
libro ingratus videar, quid sentiam, vicissim paucis com-
municabo. Res vobis fuit cum Monacho, id est homi-
ne protervo, loquace: qui, si scribis, ut res gesta sunt,
disputavit cum fungis. Adeo solus ubique loquitur,
pugnat, vincit, triumphat. Ego vero de tua et fra-
trum eruditione et solertia longe aliter judico:
et non potest, quin narratio ejus plus quam tra-
sonica ipsis melioribus nasubioribus suspecta sit.
Interim apud imperitos triumphale signum crexit:
quod vestram erit solida Apologia desicere: quod
non dubito vobis facile futurum, qui rem pro-
sentem cum hoc Hyltholaeo egistis. Heidelbergem
sem illum, quem solites vocat Doctorem, Professo-
rem, vel Magistrum, vel Ministrum audire vel
quis fuerit? An D. Balduinus? Misere se non
debet, quia turpiter se dedit (sive non ille dicit)